Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

leuitas de cunctis urbibus iuda et
principes familiarum israel. Vene
runt que in ierusalem. Iniit igitur omnis
multitudo israel pactum in domo do
mini cum rege. Dixit que ad eos io
iada. Ecce filius regis regnauit si
cut locutus est dominus super filios
dauid. Iste est sermo quem facietis
Tercia pars vestrum qui veniunt ad
sabbatum sacerdotum et leuitarum
et ianitorum erit in portis. tercia vero
pars ad domum regis. et tercia pars ad
portam que appellatur fundamenti
Omne vero reliquum vulgus sit in a
triis domus domini. Nec quisquam
alius ingrediatur domum nisi sacer
dotes. et qui ministrant leuitis. ipsi tan
tummodo ingrediantur quia sanctifica
ti sunt. et omne reliquum vulgus ob
seruet custodias domini. Leuite autem
circumdent regem habentes singuli ar
ma sua ut siquis alius ingressus fu
erit templum interficiatur. sintque
cum rege. et intrante et egrediente.
Fecerunt igitur leuite et vniuersus iu
da iuxta omnia que preceperat ioiada
pontifex. et assumpserunt singuli vi
ros qui sub se erant et veniebant per
ordinem sabbati cum his qui iam im
pleuerant sabbatum. et egressuri erant
Siquidem ioiada pontifex non dimi
sit abire turmas que sibi per singulas
ebdomadas succedere consueuerant
Deditque ioiada sacerdos centurionibus
lanceas clipeosque et peltas regis dauid
quas consecrauerat in domo domini. Con
stituit que omnem populum tenentium pu
giones a porta templi dextra usque ad
partem templi sinistram coram altari

et templo per circuitum regis. Eduxerunt
filium regis. et imposuerunt ei dyadema
dederunt que in manu eius tenendam
legem et constituerunt eum regem. Vnx
it que eum ioiada pontifex et filii eius.
imprecati sunt atque dixerunt. Viuat rex.
Quod cum audisset athalia vocem
scilicet currencium atque laudancium
regem ingressa est ad populum in templum
domini. Cumque vidisset regem stan
tem super gradum in introitu et principes
turmasque circa eum. omnemque populum
terre gaudentem atque clangentem tu
bis et diuersi generis organis concinentem
vocemque laudancium. scidit vestimenta
sua et ait. Insidie insidie. Egressus
autem ioiada pontifex ad centuriones
et principes exercitus. dixit eis. Educi
te illam extra septa templi. et interfi
ciatur foris gladio. precepitque sacer
dos ne interficeretur in domo domini
et imposuerunt ceruicibus eius manus
Cumque intrasset portam equorum
domus regis interfecerunt eam ibi.
Pepigit autem ioiada fedus inter se
vniuersumque populum et regem ut esset
populus domini. Itaque ingressus est omnis
populus domum baal et destruxerunt
eam. et altaria ac simulachra confre
gerunt. Mathan quoque sacerdotem
baal interfecerunt ante aras. Consti
tuit que ioiada prepositos in domo domini
sub manibus sacerdotum et leuita
rum quos distribuit dauid in domo
domini ut offerrent holocausta do
mino sicut scriptum est in libro mo
ysi in gaudio et canticis iuxta dispo
sicionem dauid. Constituit quoque ian
itores in portis domus domini. ut non in